

20 Sic etiam hæresis à furioso dicta impunita esse debet, idemque erit si ab infano, amente, phrenetico, & furioso, seu demonibus agitato, hi enim omnes & id genus alij nec errorem intellectus habent, nec peccatam voluntatis leg. *Diuus*, ff. de officio praesid. leg. ult. ff. de administrat. int. cap. aliquos cum sequentibus, 15. quest. 1. Tiraquell. de pen. temper. caus. 2. Simanc. de in iur. cathol. tit. 17. num. 12.

21 Generale est præterea, non solum in crimine blasphemiae, sed in omnibus delictis ebrietatem delinquentis illum excusare ab ordinaria poena, vt in iuribus supra citatis, & in cap. sanè, 15. g. 1. vbi glossa & communiter Doctores teste Anton. Goum. 3. tom. var. resol. tit. de delict. cap. 1. num. 73. Maril. in leg. 1. in principio, num. 48. C. ad legem Coruelium de sicut. Ripa in l. fin. num. 79. Cod. de veruoc. donat. latè Tiraquellus de pen. temper. causa 6. Petrus Ducaens regula 259. in 4. ampliacione. Plaça in epistol. de delict. 6. 30. num. 1. cum sequentibus, vbi patitur testatur de communi Clar. in d. quest. 60. in eodem vers. præterea quero, Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centuria 4. casu 26. num. 2. cum sequentibus, Ancharanus regien. quest. 13. num. 4. in principio & in fine, & num. 6. p. 2. & hos referens Fatnac. dicit. quest. 20. num. 5. vbi etiam testatur communem, & eam sequitur latè Didacus Perez vbi supra.

22 Sed tunc demum ebrietas ab hæresi, vel blasphemia excusare potest, cum omnino mente priuauit: nesciant enim ebrii quid loquantur, quinimo vino indigent & sepulci iacent, ita Simancas dicit. tit. 17. num. 17. Auendaño 2. part. cap. 5. prator. num. 19. Cantera dicit. cap. 3. de blasphem. num. 2. vbi quod si non erat talis ebrietas, vt tolleretur iudicium, sed ebrius erat (vt dicunt) hilaris, non excusaret, licet minus puniretur, quicquid alio modo postea ipse distinguit col. fin. illius cap. pag. 450. col. fin.

23 Is tamen, qui semel ebrius blasphematur, aut hæresis dicit, puniendus quidem est, sed mitius pro modo voluntarij & scandali secundum Simanc. d. §. 17. num. 50.

24 De dormientibus autem asserendum est, quod à poena immunes sint, si blasphemiam dormiendo proferant, vt latè probat Simanc. dicit. cap. 17. num. 16. post Albert. de agnoscent. assert. cathol. & heret. quest. 38. & Tiraquellus de pen. temper. caus. 5. num. 1. sequitur Salced. vbi supra, in vers. erunt etiam.

25 De aliis etiam defensionibus & excusationibus blasphemiarum, & cuiuscumque alij delicti videndi sunt latè id agentes, Tiraquellus in dicit. tractat. de pen. temper. per totum, & Simancas dicit. tit. 17. per totum, & Auendaño cap. 5. prator. 2. part. per totum, nec non & Iulius Clar. d. quest. 60. per totum, & nouissimè Tiber. Decian. d. cap. 5. per totum. Superiora ideo exposuimus, quia solent in praxi committeri contingere.

26 In summa obseruandum est, quod iudices Ordinarij Ecclesiastici ex causis predictis poterunt mitius punire blasphemos, cum hoc iura & Doctores permittunt expressè, non solum quando pro blasphemia est imposita poena certa & de-

terminata (provt est per Concilium Lateranens. & Motum proprium Pij V. quibus hoc non excluditur) sed etiam si ipsa poena certa & determinata imposita non sit, veluti cum quis blasphematur contra Sanctos Dei, quoniam tunc ex dicto Concilio Lateran. & Motu proprio arbitrio iudicis pro qualitate blasphemiarum & personarum puniendus est. Sicque intelligendum censeo, quod Hostiens. & ceteri Canonistæ præcitant in vers. nihilominus tamen blasphemus affirmant, nempe, pro blasphemia poenam arbitrariam esse imponendam: & ita inquit Cantera d. c. 3. blasphemus, 27. n. 4. quod poena de iure Canonico est poenitentia publica, scilicet, vt audiat Missam in forma poenitentis, & soluar aliquam poenam pecuniariam, & hoc quando habet de consuetudine, nam pro prima vice hodie non datur poenitentia publica, sed aliqua pecuniaria arbitrio iudicis.

Iudices vero laici dispensare nullo modo possunt, nec audebunt in poenis ordinariis, & ceteris impositis à nostris legibus regis pro crimine blasphemiarum ob timorem poenæ talionis, quam alias ipsos iudices dispensantes pati præcipit c. 25. prator. hodie l. 20. tit. 6. lib. 3. huius noua collectio. quod etiam præcipiebat Concilium Lateranens. præcitantum in vers. statuimus etiam, & notat Abbas n. 5. per textum ibi in cap. 2. de maled. Et quamuis forsitan prædictæ constitutiones iuxta ius commune veniant intelligendæ, nempe, de iudicibus dispensantibus in poena iusta, & iusta dici non valeat quæ iure mollitur, vel mitigatur, tunc enim dispensari non dicitur, sed iuste procedi: & ita in terminis inquit Hostiens. ibi, nec non Abbas & Anania quod ex magna causa possit adhiberi misericordia & sic dispensatio, vt si est persona nobilis, vel honorabilis, quam non deceat sic publice poenitere: & vult hanc poenitentiam elemosynis redimere per c. 1. de voto, & c. mulieres, de sententia excommunicationis, & in c. medicina de poenitentia, dist. 1. quos sequitur alios allegans Didac. Perez in l. 1. tit. 8. ordinamenti, pag. 208. col. 1. ad fin.

Nihilominus tamen, quando innocentia omnino non excusat, sed reus venit puniendus pro blasphemia licet mitius ex causa, à poena certa legis nec latum (quod aiunt) vnguem recedere licebit ex d. l. regia, qua avertent nec dicitur Hostiens. & sequacium procedere potest, nec practica contraria, nempe quam aliqui iudices illiterati tenent, mutando poenam cæteris in oleum pro lampadè Ecclesiæ, vel iubendo expendi aliquam pecuniam pauperibus, non est tuta, nec potest fieri per illam leg. ibi: Si dispensari en en poco ni en mucho, secundum Auiles ibidem num. 4. in fine. Expende etiam pro hac parte verba alia eiusdem leg. ibi: Sin excepcion de persona de mayor, ni menor condicam, &c.

In calce huius quest. libuit hic referre verba admiranda D. Chrysof. 5. opere homil. 1. ad populum Antioch. quæ ita se habent: Quia de blasphemiam dictum est, Annam vos omnes petere volo retribucionem, pro concione hac atque sermone, vt in ciuitate blasphemantes mihi castigati, & si quemquam in viuio, vel foro Deum blasphemantem audieris, auide increpa, & si verbera infigere oporteat, ne recuses, ipsius faciem a lupa percute, contere oculos suos, percussione manuum tuam sanctifica: & si vili accusauerint & in carcerem duxerint, sequere: & si poena iudex pro tribuiali reposita, die tibi libertate, quod Regem Angelorum blasphemauit. Si enim Regem terre blasphemantem puniri oportet, multo magis illum contumelia afficiens, commune crimen est, publica iniuria,

iniuria, cuique licet accusare volenti. Hactenus D. Chrysolomus, quem refert Petrus Greg. in sua syntagm. inru vniuersi lib. 33. c. 12. numer. 11. pag. 533. in secunda parte, vbi in numeris sequentibus plurima in detestationem huius criminis vltima ordinarios & nostrates vbi supra congerit, & copiosè & miro ordine Tiber. Decian. 2. tom. tra. crimin. c. 3. per totum, & cap. 6. per totum agit de poenis blasphemiarum.



SVMMARIVM.

- 1 Verba dubia proferens, & aliquo modo excusabilia, an sit puniendus?
- 2 Delictum in dubio non est præsumentum.
- 3 Actum quando est dubius, qui potest ad delictum, & ad non delictum referri, illa via capienda est, vt excludatur delictum.
- 4 Blasphemia in dubio non est præsumentum. Sed contra n. 5. Ampliatur n. 6.

De proferente verba dubia, & aliquo modo excusabilia, an sit puniendus?

QVÆSTIO LXV.

QUOD modo an proferens verba dubia & aliquo modo excusabilia sit puniendus? Et in hoc Hostiens. in Summa de iudic. §. 2. & in quibus ad fin. sub num. 6. tenet prædicta verba (semper in durioriorem partem esse interpretanda, & quod idè poena pecuniaria puniatur quemdam, qui dixit potius vellem esse suspensum sicut ille fuit (cùm esset crucifixus circa) quam magis vellem reddere computum coram vobis, & ille intelligebat de quodam homine, qui erat suspensus in patibulo vterus Septentriorem, quod dictum laudat Pelin. in cap. audiuimus, num. 32. vers. ita vniuersi de prescrip. & Matthæus de Afflict. in consil. Regn. Sicil. tit. de blasphemant. quest. 5. licet ipse velit adhuc rusticum excusare, sequitur etiam eos referens Auendaño 2. part. cap. 5. prator. num. 10. vers. sexta conclusio, & Decian. 2. tom. tractat. crimin. cap. 2. num. 10. & cap. 5. num. 15.

Sed quòd in dubio non sit præsumendum delictum, sed potius interpretatio sit facienda in meliorem partem, est regula iuris generalis desumpta ex leg. meritis, ff. pro socio, leg. Arrianius, ff. de action. & obligat. leg. semper in obscuris, ff. de reg. iur. cap. diuina de prescrip. cap. estote de regul. in antiq. tenent plurimi congliti per Ioannem Rojas de heret. 1. part. num. 109. Satis enim est nocentem damnari leg. absentem, §. factus ff. de poenis cum siml.

Similiter quando aliquis actus est dubius, qui potest ad delictum & ad non delictum referri, illa via capienda est vt excludatur delictum leg. si quis intentione ff. de iudic. Innocent. in cap. diuina de electione, Bart. in leg. non solum, §. sed vt probari, ff. de non. oper. nuntiar. Ergo idem meritiò dicendum est in verbis dubiis in delictis, quæ sanè in meliorem partem sunt capienda, nec præsumatur delictum, vt pluribus relatis affirmat Rojas vbi supra num. 200.

Quinimo in specie & in indiuiduo in blasphemia hoc tenent relati per Decian. dicit. cap. 5. num. 15. & in crimine hæresis hoc affirmat esse Praxis Criminalis.

verum Albert. de agnoscent. assert. quest. 29. num. 19. & quest. 8. numer. 11. & latius ac melius quest. 34. numer. 48. cum sequentibus, & in rubrica de heret. lib. 6. quest. 13. num. 19. dicens quòd si verba alicuius propositionis duplicem habent sensum, catholicum, videlicet, & hæreticum, potius in sensum catholicum quam in hæreticum sunt intelligenda fauore rei, nec præsumatur delictum, & ita verba dubia sunt interpretanda: nam quod multipliciter intelligitur, eius veritas ignoratur, vt inquit Boëcius, quem refert Rojas vbi supra num. 201. cum sequentibus, & latius alios allegans num. 366. cum sequentibus, & iterum in secunda parte assertionis 10. numer. 164. in quibus locis alia exempla adducit apud ipsum videnda. Ergo in materia blasphemiarum verborum male & bene sonantium idem dicendum videtur, vt ea verba dubia profrens, quæ duplicem sensum habent, malè & bonum in meliorem partem interpretanda sint, vt excusentur delictum & sicut totum reus excusetur, vt voluit Matth. de Afflict. vbi supra.

Quid tenendum? Ego profectò ratione exempli, & vt subferamus omnem occasionem proferendi similia verba, potius accederem priori parti in nostra questione blasphemiarum, sequutus opinionem Hostiens. & sequacium puniendo poena leui arbitria huiusmodi reum. Quòd præcipue & absque dubio id obseruarem; quando verba dubia prædicta præponderarent, atque plus inclinerent in malum sonum, vel si secundum communem usum loquendi malum sonum haberent: quia verba sunt intelligenda secundum communem usum loquendi, qui plerumque propria significatione eorum derogat leg. cum Delationis, §. astnam molendinariam, ff. de fundo instrum. instrum. legat. leg. librorum, §. quod tamen Cassius, ff. de legat. 3. cap. ex literis primo de sponsal. cap. intelligencia verborum, cap. præterea de verborum significatione, cap. Marchio 1. quest. 1. & in terminis nostris Rojas de heret. 1. part. num. 380. sicut per contrarium communis vsus loquendi potest interpretari verba dubia, vt non sonent in blasphemiam, vt tenet Decianus dicit. cap. 5. num. 3. vbi etiam agit an communis vsus loquendi excuset ab ea, & sequitur Azeued. in leg. 1. num. 22. & 23. hoc titulo 4.

Denique si contra proferentem tamen prædicta verba dubia esset aliqua sinistra suspicio, vel præsumptio, non in meliorem, sed in deteriorem partem sunt intelligenda, veluti si iste talis verba dubia in materia blasphemiarum profrens esset confuctus blasphemare, vel stando in materia hæresis esset de genere Iudeorum, vel Maurotorum, vel ex aliqua regione, prouincia, vel Regno hæresibus infecto, vt ex Anglia, Vngaria, Germania, vel Gallia leg. aut facta, §. persona, ff. de penis, leg. quod si noluit, §. quia mancipia, ff. de adul. editi. ibi: Seruos bonos esse, qui nationis non infamatae, quosdam malos videtur, qui ea natione sum. quæ magis infamata est, leg. 1. C. vbi pupill. educ. debent. ibi, inspecta personarum qualitate, leg. vidua, C. de nupt. ibi, si eius rei suspicio præcesserit: ex qualitate enim personarum præsumitur dolus & malus animus auct. quibuscumque, C. de sacrosanct. Eccles. gloss. Bart. Bald. & Paul. in leg. in ciuile, C. de furt. allegat alios plures ad hoc Rojas de heret. 1. part. num. 206. qui à num. 205. cum sequ. præcedentem resolutionem, tenet & probat in materia hæresis, & iterum numer. 378. cum sequentibus, quod in exponen

exponendis propositionum verbis attendenda est loquentium qualitas, & conditio, & si verba sunt proclata ab homine rustici, & grossi ingenij, grosso modo, & circa dolum & malam credulitatem, si vero ab homine docto & subtilis ingenij subtili modo, quia tunc non sine dolo sunt intelligenda.

SUMMARIVM.

- 1 Absolutus in foro conscientia à blasphemia, an possit pro ea puniri in foro iudiciali, & n. 15. cum seqq.
6 Blasphemias plures simul proferens eodem impetu, an uniuersarum blasphemias, pena sit puniendus?
7 Blasphemans assidue de heresi suspectus dicit, vel profamitur, & qua pena sit tunc puniendus, num. 8.

An absolutus in foro conscientia à blasphemia possit pro ea puniri in foro iudiciali.

QUESTIO LXVI.

VERO, an blasphemus absolutus in foro conscientia possit puniri pro blasphemia in foro iudiciali? Et non desunt, qui putent huiusmodi non esse puniendum in foro iudiciali, eo quod blasphemus absolutus à Sacerdote pacem habeat cum Deo, quem in primis offenderat, ut tenet Bart. conf. 167. quod minister fratrum, Anch. & Anan. c. 2. n. 6. col. de maled. Felin. in c. de his, num. 5. vers. tertio fallit, de accusat. Dec. conf. 137. num. 3. Thom. Ferat. cent. 25. & Firmian. in suo report. verb. blasphemias vers. 7. dicens se ita practicallo per dictum Bartoli, Nelus Debannitis in 3. p. 2. temp. g. 46. & Bart. hac opinio est forsitan magis communis, Vulpel. in tr. de pace, quest. 26.

Est tamen falsissima hæc opinio, tum quia iudicium interius diuersum est à iudicio exteriori, & licet quis sit absolutus in foro interiori, remanet tamen offensa Respublica Christiana, quare opus est, vt ei quoque satisfiat, ne aliàs tora criminibus obruatur, paxque & etiam tranquillitas publica, & Christiana turberetur. Tum etiam, quia ex contraria opinione multa consequerentur absurda: nam & apostata & hæreticus, & idolatra absolutus à Parocho puniri non possit à iudice, quo quid absurdius dici, cogitative potest. ¶ Præsertim cum forum aliud arcanum nihil commune habeat cum foro iudiciali. Hinc est quod penitentia in foro conscientia non tollit penam legalem, & ideo licet quis acceperit penam specialem de delicto, non minus punitur in palatio, ita Bald. in l. placet in fi. C. de sacrosanct. Eccles. quem sequitur Anton. Franc. in addit. ad Abb. in cap. Quinquauallie, num. 6. verb. in loco, de iuricir. & Ivan. de Anan. in cap. de his de accusat. col. 2. vers. nota, iunct. gloss. fin. Auiles in cap. 25. prat. gloss. 4. num. 11. sic gloss. fin. in fi. in c. de his de accusat. tenet quod reus penitentiam agens

oculte apud Deum absolutus est, sed accusatio in iudicio facienda non cessat propter hoc communis secundum Couar. in c. Raymund. in princ. num. 18. de testam. & lib. 2. var. ref. c. 10. num. 3.

Quod procedit etiam penitentia imposita in foro interiori esset publica secundum Abb. in d. c. de his, contra Hostiens. in c. rna, de procurat. quia penitentia imposita in foro interiori esset publica secundum Abb. in d. c. de his contra Hostiens. in c. rna, de procurat. quia penitentia, quæ imponitur in foro anime, non imponitur pro punitione delicti, & ait opinionem Abb. in hoc esse veram, & tenendam aduersus Hostiens. Anton. & Anan. probat late Auiles, vbi sup. num. 18. cum seqq. & D. Couar. alios allegans vbi sup. d. num. 3. per totum, Anton. Gom. 3. tom. var. ref. c. 1. num. 40. & Azcu. num. 33. in loco statim citando, & in terminis hæc secundam sententiam contra priorem Bart. & sequacium rectius tenent, & probant Iaf. in l. iur. prator, § iurari, num. 15. ff. de iuricir. D. Sim. de inst. Cab. tit. 8. num. 18. Auend. in 2. p. c. 5. prat. num. 17. vers. item procedit, & latissime lex fundamentis, hæc opinionem comprobat Auil. vbi sup. d. num. 10. cum seqq. Menoch. de arb. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 375. num. 36. Couar. vbi sup. num. 3. circa fin. ibi: quicquid sit, additio Didac. Per. in l. 1. tit. 8. lib. 8. ordinam. pag. 107. col. 1. Et hæc opinio est verior & tenenda, vt bene probans testatur toto peccato et assentiens Decian. in 2. tom. tra. crim. c. 5. num. 6. eamque probat cum aliis Vulpel. vbi sup. & non est recedendum ab ea, quia melioribus videtur fundata rationibus secundum Fatin. in 1. p. 99. crimin. c. 20. num. 42. & sequitur additio Didac. Per. in l. 1. vers. nunc quæro, ibi, sed contrarium tit. 8. lib. 8. ordinam. pag. 107. col. 1. & Azcu. in l. 1. num. 9. tit. 4. num. 33. lib. 8. ¶ Quod si blasphemia esset occulta, tunc sola confessione sacramentali & remissione confessionarij intelligitur blasphemus habere pacem ab offenso. Et in hac specie potest intelligi, & saluari opinio contraria Bart. & sequacium secundum Auiles vbi sup. n. 17.

Quod si quis eadem continuatione, eodemque impetu plures blasphemias protulerit, vnus tantum blasphemias pena puniatur, diutius tamen puniendus erit: vnus namque dumtaxat crimen committit l. inficiando, § infans, ff. de fur. gloss. in l. nunquam plura, ff. de priuat. delicti. & in terminis, ita tenet Cepol. cons. crim. 77. & Alciat. de presump. reg. 3. presump. 6. numer. 4. & in c. cum non ab homine, num. 33. de iud. D. Couar. lib. 2. variar. ref. cap. 10. num. 8. vers. tertio eodem pacto, D. Simanc. de instr. Cab. tit. 8. num. 14. vbi adducit Boer. decis. 301. & Hippol. in l. vlt. ff. ad l. Cor. de Sicar. idem tenentes sequitur etiam Auil. in c. 25. prat. gloss. 1. num. 23. Azcu. in l. 1. n. 4. tit. 4. hoc lib. 8.

Quod si quis assidue blasphemauerit de heresi suspectus dicitur, vel presumitur, vt scribit Carcer. de heret. cap. 1. num. 44. post Afflict. in commentar. ad constitutiones Neapol. in verb. inconsumabilem, num. 48. Menoch. lib. 5. presump. 6. nu. 29.

¶ Quinimo pena mortis iure Ciuili imposita blasphemio, per textum in aurb. v. non luxur. contra natur. de quo supra, tunc locum habebat, cum quis ex consuetudine, & incorrigibilitate Deum blasphemauerat, secundum Per. Cyn. Bald. & Salic. in l. 2. c. de reb. cred. Alex. cons. 233. col. 1. num. 26. Canter. cap. 3. de blasphem. num. 5. pag. 448. in fi. Nec sufficit probare, quod bis vel ter quis blasphemauerit, sed necesse erit probare

probare sæpius blasphemasse, vt tenent plerique ex sup. citatis, & plures referens Mascard. 1. tom. de probat. concl. 194. num. 1. & Decian. vbi sup. c. 2. n. 5. & c. 6. n. 4. & alios plures referens Farinac. in suis questionibus crimin. 1. part. numer. 43. & 44.

SUMMARIVM.

- 1 Carceris & vinculorum poena per vnum mensem blasphemio iure regio imposita quomodo intelligatur, an tempus debeat esse continuum, vel sufficit esse interpolatum, n. s. cum seqq. præcipue, num. 8.
3 Conditio libertatis seruo apposta, si feruierit pro tricennio, an impleat seruando per illud tempus discontinue, & numer. 7.
3 Tempus appositum in aliquo actu, vel dispoitione, regulariter non requiritur, quod sit continuum, sed sufficit interpolatum.
5 Tempus condemnationis exilis debet esse perpetuum, favor publicus versatur in punitione delicti, & præcipue blasphemias.

De intellectu & praxi legis regie imponentis penam carcerum, & vinculorum vnus mensis pro prima blasphemias.

QUESTIO LXVII.

VERO circa 5. conc. & l. 5. de qua sup. in princ. huius tit. 4. dum per eam imponitur poena carceris, & vinculorum, blasphemio per vnum mensem pro prima vice, de intellectu & praxi huius l. & conclusionis, an tempus hoc debeat esse continuum, vel sufficit esse interpolatum, & quomodo debeat esse captus in carcere blasphemus? & quoad primum videtur sufficere quod tempus mensis sit discontinuum, quia sumus in penalibus & odiosis, & lex nostra contrarium non dicit: ergo restringamus odia & amplietus fauores, vt in reg. iuris, edia restringi, & c. ¶ Secundo argum. text. in l. Paul. §. fin. ff. de liber. caus. vbi conditio legato libertatis seruo apposta, si seruierit per triennium, si seruus postquam incepterit seruire aufugiat, & postea reuersus impleat tricennium seruitij incepti, censetur impleta conditio, & erit liber, & ibi gloss. notat & Roma. in l. fin. §. quoties, ff. de pub. & veltig. necnon & in terminis Iaf. in l. si idem cum eodem, ff. de iurisd. om. iudic. col. 2. in fi. Si ergo in conditionibus quæ debent in specifica forma adimpleri, vt in l. qui heredi. in princ. & in l. in conditio, ff. de cond. & demonstrat. cum similibus temporibus in dubio non intelligitur, continuum, sed sufficit quod interpolata adimpleatur: ergo à fortiori idem erit dicendum in penalibus. ¶ Tertio ex gloss. in l. 1. C. si mancip. ita suos. alien. & c. vbi etiam quod regulariter tempus appositum in aliquo actu, vel dispoitione non requiritur quod sit continuum, sed sufficit esse interpolatum, & ibi Salced. & alij DD. & illam gloss. ordin. appel.

Praxis Criminalis.

lat Ant. Gom. 3. tr. var. resol. c. 1. num. 2. inferens ex ea quod si Doctor debeat gaudere certo privilegio, si legerit per aliquod tempus, sufficit, quod legat per tempus interpolatum, pro ut in Vniuersitate Salmantina in praxi obseruatur secundum eundem Anton. Gomez ibidem.

Nihilominus tamen in terminis nostræ l. 4. contrarium verius est atque in praxi obtentum: imò quod iste mensis carceris & vinculorum debeat esse necessariè continuus, alias debeat de nouo adimpleri, si semel aut iterum ceptus interruptus fuerit, ex eo quod in dubio regulariter receptor est regula, quod tempus positum, vel requisitum à lege debeat esse continuum, arg. text. in l. 5. ff. de adul. & in l. relig. ff. de pen. & in l. fin. §. quoties, ff. de pub. & veltig. & ita tenet gloss. in rub. ff. de diu. & temp. præscript. ibi: sed hic notandum est, vbi Bart. & ceteri eam sequuntur, necnon & alij relati per Tiraq. de errore retract. 1. p. gloss. 1. §. 11. num. 21. & testatur eam esse commun. Soc. in l. cum filii, col. penult. num. 9. ff. de verb. oblig. Ant. Gom. tom. variar. resol. c. 1. num. 3. & Azcu. in l. 3. tit. 1. lib. 4. nou. collect. reg. num. 7. cap. vnicam & singularem vocat Ant. Gom. vbi sup. & c. 8. de exil. & releg. n. 2. vbi in terminis nostræ l. hæc opin. ex prædict. probat, & ante eum Greg. Lop. in l. 2. gloss. magna qua est fin. ibi: an verò sufficiat, & c. tit. 18. p. 7. & nos lib. 1. Canon. quæst. 12. n. 24. & 25. & alios allegans Auend. in 2. p. c. 5. prat. n. 21. in princ. vbi etiam quod non potest iudex facere quod condemnationis ad carceres per spatium 30. dierum possit eam penam implere per interualla dierum, quia immutaretur forma legis, in qua dispensari non potest per c. 25. prat. hodie, l. 20. tit. 6. lib. 3. nou. collect. reg. Eandem etiam sententiam probat & tenet Canter. c. 3. de blasphem. vers. de iure regi. ibi: & iste mensis pag. 150. gloss. 1. Azcu. in l. 5. n. 15. cum seqq. hoc tit. 4. lib. 8. & hæc nostra sententia approbat hodie in l. 58. circa fin. tit. 4. de his adalantados, y merinos, lib. 3. huius nou. collect. reg. ibi: T mandamos que los presos por blasphemias cumplan los 30. dias de la prison continua, y que los dichos Alcaldes Mayores no permitan, que cumplan por dias interpolados, quinze dias en vn tiempo, y quinze en otro, & ita obseruatur in praxi.

Quoad secundum resoluo, non sufficere condemnationatum pro blasphemias itellisse intra carceres per triginta dies, nisi steterit captus in vinculis, hoc est, con prisones, duo namque copulatiuè requiruntur, vt probant illa verba, sea preso y este en prisiones vn mes. Ad veritatem enim copulæ requiritur concursus vtriusque non solum iure communi Romanorum, vt in l. si quis ita stipulatus fuerit, ff. de verb. oblig. cum simil. Greg. Lop. in l. 34. in gloss. ayuntia, tit. 11. p. 5. sed etiam iure nostro patrio Regio atque Hispano vt in d. l. 24. & l. 13. tit. 4. part. 6. ita in terminis tenet & probat Auend. d. cap. 5. prat. num. 22. Qua ratione non sufficit quod blasphemus sit in carcere detentus cum vno vinculo tantum per triginta dies, sed requiritur quod habeat vincula in numero plurali, & sic duo genera vinculorum naturaliter & non fictè, vt patet ex illis verbis, sea preso y este en prisiones, non enim dicit lex, en prision, quia hoc nomen sermone nostro Hispano vt plurimum in singulari numero sumitur pro ipso loco carceris, vt probatur in l. 4. in fin. tit. 29. part. 7. ibi: En la carcel, ò en otra prision que sea bien recaudado, & in l. 5. ibi: meter lo ya en prision, & c.

in l. 6. ibi : de la cárcel ni de la prisión, & in l. 7. & in ceteris ll. eiusdem tit. & in l. 8. tit. 13. part. 7. Prisiones autem in numero plurali non locus carceris, sed ipsa vincula, quibus detinetur persona carcerati, significantur, ut sunt cipi, & catena. ut probat expressè, l. 6. tit. 29. p. 7. Tansi no bastará, que el condenado en la pena desta ley por blasfemo este preso con una serropea en lugar de grillos, ó cadena; sino que ha de tener dos prisiones, como sean dos, ut in terminis probat, & tenet Auend. ubi sup. & prius in l. p. c. 20. n. 8. & Azeu. in l. 1. §. num. 1. 4. tit. 6. lib. 3. nou. collect. reg. & ita vidi semper obseruari in praxi in mea patria.

SVM MARIVM.

1. Tempus, quo quis fuit in carcere detentus pro crimine blasphemie, an computetur in mense pene, blasphemio imponenda, & num. seqq.
2. Carceratio saltem de iure civili est ad custodiam, non vero ad penam.
3. Blasphemus cum informatione, cuius testis potest statim incarcerari, ut ab eo recipiatur confessio cum iuramento, si tamen neget delictum, debet statim sub fidei iuramento relaxari, donec integra habeatur informatio ex testimonio duorum testium, qua possit condemnari, & num. 4.

An tempus, quo quis stetit in carcere dum cognoscitur de crimine, computetur in mense pene blasphemio imponenda?

QVÆSTIO LXVIII.

QUÆRO vitreus an tempus, quo quis exiit in carcere detentus, dum cognoscitur de isto crimine blasphemie, computetur in mense carcerationis pene à l. nostra blasphemis imponenda pro prima vice & videtur quidem minimè computandum esse, sed quod post sententiam condemnatoriam tantum incipere debeat præd. triginta dies carcerationis & vinculo: quia licet regulariter carceratio sit ad custodiam, non vero ad penam, saltem de iure Ciuili l. aut damnus, §. solent. ff. de pan. ubi communiter DD. hoc tenent, teste Ant. Gom. 3. tom. var. resol. c. 9. de captiv. reorum, num. 6. vers. quia carcer, Bonacola in suis communibus opinion. 1. p. vers. quia carcer non est inuentum ad penam, & tenent alij plurimi authores, quos refert & sequitur Farinac. in suis questionibus criminal. 1. part. questio. 27. num. 95. Tamen quando punitio delicti non expectat aliam penam à lege, vel statuto expressam, vel ex consuetudine, tunc carceratio datur loco, & nomine pene, ut est tex. in l. 1. in fi. ff. de aleat. & in l. nemo, & ibi Angel. C. de alea. lib. 10. Angel. in tract. malef. in part. quad fama publica, sub numer. 79. Confessus singul. vers. custodia. text. in l. Senatus Consulto carceris, ff. de in iur. Ergo ante condemnationem non incipit currere executio

pene, nondum impositæ, quia esset actus præposterus, & dum agitur, & discutitur verum incurra sit pene, vel non iniquum profecto esset, & plerumque parti grauosum atque iniuriosum, in eundem penam ordinariam exequi.

Captura enim, qua statim recepta sumaria informatione blasphemie fit, & durat vique ad sententiam; non est in penam, nec exequutio pene, sed præambulum necessarium ad executendam penam, si postea declaratur incurram: interim ergo nullo modo dici potest loco implementi haberi, quæ nondum scitur an sit imponenda.

Hinc est, quod cum carceratio 30. dierum, qua in nostra lib. 5. pro crimine blasphemie, imponenda cum vinculis detur nomine pene & non custodie causa, licet in alijs criminibus reus possit & debeat capi, & incarcerari cum informatione vnus testis iuxta notata per glossam in l. 5. C. ad legem lul. maior. cum similibus. At tamen in casu nostræ regie, licet cum infor. vnus testis possit reus incarcerari, vt ab eo recipiatur confessio cum iuramento iuxta formam l. 4. tit. 29. part. 7. Si tamen reus neget se dixisse blasphemiam, debet statim sub fidei iuramento relaxari donec integra habeatur informatio ex testimonio duorum testium, qua possit condemnari, ita tenet Auend. numer. 25. in loco statim citando; aliter namque vnico teste ordinariam penam pateretur, quod maximam induceret iniquitatem, vt inquit Ignat. Salced. sapientissimè consuluisset, & obtinuisse in addit. ad Bernard. Diaz littera D. in loco statim citando, sequitur Azeued. in l. 5. huius tit. 4. numer. 17. & 18. Quinimo & captura asserti blasphemii cum vno tantum teste prohibita videtur & non facienda, vt cum Bernard. Diaz. in practica crim. canon. cap. 101. & in nouis est c. 124. numer. 9. probat Auend. 2. part. cap. 5. part. numer. 26. Sed Bernard. Diaz ubi supra tantum dicit, quod vbi ex constitutione, vel consuetudine pene carceris est statuta delicto, tunc non est aliquis in carcere detinendus sine plena probatione delicti, alijs enim contingere possit, quod sola informatione sumaria, iam ordinaria plecteretur pene, & si iudex tunc possit ad solam capturam procedere, vt satisfactione fugæ personæ prouideatur: cuius opinio verior mihi videtur, nempe, vt cum vno teste reus huius criminis capi & incarcerari possit in prædictum finem: & hæc opinio est verissima & in forensibus actionibus recepta secundum Ignat. Salced. ubi supra littera D. Quinimo etiam in eum finem hoc fieri potest, quod alij testes examinentur statim de eo crimine, ne interim, aut fugiat reus, & crimen impanitum relinquatur. Perfecta autem iam summaria informatione, ita vt alius testis adei ignoretur, factis omnibus diligentibus necesse sariis tempore debito absque fraude, tunc quidem tenore reum relaxandum esse sub fidei iuramento i donec, si contra eum non sit reperitus de crimine nisi vnus testis. Quibus fit, vt hæc l. 1. p. in quest. principali supra dict. sentire visus sit Auendan. ubi supra, numer. 24. cum sequentibus.

Nihilominus tamen contrarium iure arbitratur Greg. Lop. in d. l. 2. §. magnus, vers. sed an in pena carceris, imò quod in pena carceris nostræ legis computetur tempus, quo delinquens stetit

stetit in carcere ante sententiam, ne maior afflictio addatur homines C. de pan. secundum Petr. & Salic. ibi: & ita censet Greg. Lop. ibi seruari de consuetudine. Ego verò eam praxim obseruari obseruandamque tunc censeo, quoties delinquens captus pro blasphemia vult quod statim (dico ante sententiam) tempus illud cedat in prædictos triginta dies, hoc declarando, & testimonium petendo à tabellione quomodo fiat incarceratus, & cum vinculis ob illam causam, protestando absque præiudicio sui iuris se velle connumerari tempus illud in dictos triginta dies, eo casu, quo iuste in eam penam debeat condemnari, vel alias æquipollentur. Et ita hanc materiam, & Greg. Lop. ubi sup. intelligit Azeu. in l. 5. n. 20. huius tit. 4. lib. 8. dicens ita se videre fieri & iuberi per iudicem prout debet fieri præsupponit, alias secus erit & ita procedunt pro priori parte adducta.

Quod si quis esset captus pro alio crimine, quod non sit blasphemie, & interim quod de illo cognoscitur condemnatur pro blasphemia in pena 30. dierum ad catenas, & cum vinculis iuxta formam nostræ legis, nihilominus vna eademque captura operabitur duos effectus, dummodo hoc exprimitur: nam in dubio finita 1. carceratione incipit 2. iuxta doctrinam Azeu. d. c. 5. numer. 24. in princ. vbi quod ad hoc, vt operetur illum effectum debet à iudice exprimi. Sed an nobili blasphemio possit assignari palarium extra carcerem publicum, in quo adimpleat 30. dies vinculo: egimus hæc lib. 4. practica. questio. 22. per totam super l. 1. tit. 2. lib. 6. collect. reg.

SVM MARIVM.

1. Iurans per viscera Dei an sit puniendus pene blasphemis imposita per leges huius Regni?
3. Iurare per membra Dei etiam honesta, vel Domini nostri Iesu Christi, Virginis Mariæ, vel aliorum sanctorum, an sit blasphemia. Et num. 4. quomodo & quando sit puniendus?

De iurante per viscera Dei

QVÆSTIO LXIX.

QUÆRO circa l. 6. huius tit. 4. lib. 8. an iurans per viscera Dei sit puniendus pene legum huius Regni imposita blasphemis, & iurantibus per membra Domini nostri? Et videtur partem affirmatiuam veram esse, ex eo quod iurare per capillum, caput & alia membra Dei, est blasphemio, & grauissima pene mortis iure communi puniebatur, vt in authent. vt non lux. contra nat. §. 1. & finali, & in cap. si quis per capillum 22. quest. 1. cum similibus supra adductis. Et idem est in iurante per iecur, vt per Domin. à Soto de cauendo iurament. abusu, num. 6. ergo & de iurante per viscera Dei, & ita in terminis tenet Cyn. in l. 2. numer. 4. C. de reb. cred. & iur. iur. & Ang. in §. item si quis postulante, num. 9. inst. de action. Anania in cap. 2. numer. 12. & 13. de maled. loquens in iurante per sacra prohibita, nempe Praxis Criminalis.

per sanguinem, per corpus, per viscera, per humanitatem, per caput, per ventrem Dei, & larè laf. in d. §. item si quis postulante, n. 58. cum seqq. vbi expresse loquitur quando quis iurat sacramenta prohibita, & scelerata, puta per viscera Christi, vel capillos, aut caput Dei & similia istud appellatur proprie blasphemio, siue blasphemare Deum, & quod talis blasphemio, siue verum dicat, siue falsum, punitur vltimo supplicio attonito iure communi: quia tales blasphemie tendunt in contemptum Christi & fidei nostræ, vt in d. authent. vt non lux. contra nat. eandem opinionem referendo alias plures probat Boss in sua practica crimin. tit. de inq. num. 130. cum sequenti, loquens in iurante per capillos, sanguinem, ventrem, & similia Dei; & in terminis loquens in iurante per viscera Christi quod sit blasphemio, & puniatur præd. pene, tenet Marant. de ordin. iudic. 7. p. c. de iura. numer. 43. & probatur, quia viscera sunt membra, vt Medici, & Anatomistæ affirmant, imò & plura membra dignissima comprehendunt practerea, si iurare per capillos blasphemie annumeratur, in d. cap. si quis per capillum: ergo multo magis erit blasphemio, & pro tali punietur iurare per viscera Dei. Que opinio intelligenda est primo, quando ex passione, vel ira detestando, vel vituperando, quibus iuraret præd. modo, secus si affirmando, vel deprecando, vt constat ex Hostiens. in sam. tit. de maled. §. fin. numer. 5. Anan. in d. c. 2. sub n. 13. ibi, vbi querit de illis, & constat ex Caiet. in sum. verb. blasphemio, ad fin. & Dec. in 2. tom. tract. crim. c. 2. numer. 13. & 14. Secundo eadem opinio intelligi debet si ex consuetudine hoc fieret, quia tunc esset locus pene, d. authent. vt non lux. contra nat. hoc namque casu propter contemptu saltem præsumptum dignitatis Maiestatis puniendus esset præd. pene, ita Petr. & Cyn. Bald. & Salced. in d. l. 2. C. de reb. cred. & iur. in Bald. in l. 2. C. ad l. lul. Maiest. Ioan. de Anan. in d. cap. 2. numer. 12. de mal. laf. in d. §. item si quis, D. Couar. in Rubr. de pact. lib. 6. §. 1. numer. 6. vers. hæc tamen opinionem, diximus supra §. 60. n. 12. & §. 64. numer. 10.

Quid tenendum? Et quidem iurare per membra Dei etiam honesta blasphemio est, quia attribuitur Deo quæ non habet, loquendo de Patre & Spiritu sancto, vt in d. authent. vt non lux. Idem à fortiori & absque controuersia est in iurante per membra pudenda Dei, vel Virginis Mariæ, aut aliorum sanctorum, ac proinde licet non pene mortis, vt olim, huiusmodi iurans puniendus sit, saltem pene à ll. nostris regnis impositis castigandus erit, vt sup. resoluimus. Iurare verò per membra honesta Domini nostri Iesu Christi, Virginis Mariæ, vel aliorum Sanctorum, nempe per caput, capillos, corpus, ventrem, sanguinem, vel per viscera, & similia asfertiue, vel deprecando absque irreuerentia, & resoluit optimè Dec. d. cap. 2. numer. 13. & 14. & hoc iure communi. At verò attentis nostris ll. regis præcipue l. 6. huius tit. 4. lib. 8. ibi, & por algun miembro santissimo de nuestro señor, puniendus erit sic iurans indistinctè pene impositis pro blasphemis, de quibus in hoc eod. tit. scilicet qualquiera que iurare por algun miembro santissimo de nuestro señor. Porque aneque la dicha ley sexta no dice que sea blasfemia este iuramento, pero pone le entre los iuramentos malos y feos: y manda que se castigue por la misma pena que las palabras son blasphemias.

blasphemia, que lo pudo bien y con justa razon ha-
zer el Legislador. Y con esto cessan las razones y
fundamentos de los autores, que dezian y tienen
no ser blasphemia iurar por los miembros de Christo.
Porque sino lo es, a lo menos se castiga iustamente
por tal, por ser un juramento que contiene irre-
uerencia. Generaliter igitur prohibetur per di-
ctam l. 6. iurare per membra Christi, quia est
irreuerentia: ergo procedit hoc, siue affirman-
do, siue detestando hoc fiat, vt tenet Albert.
contra Host. de agnoscend. assert. cathol. & de heres.
quæst. 27. num. 12. quia semper est blasphemia, vel
saltem quoad punitionem pro tali habetur &
connumeratur ad l. 6. quia irreuerenter nomi-
nantur Christi membra, & quodam exquisito
modo iurandi diuidunt sic iurantes ipsum Chris-
tum, quasi membra eius, vt inquit Albert d. quæst.
27. num. 16. ubi n. 31. ex hoc inquit quod iurare
per Christum absolute, qui Deus est, honestius
est, (& licet non detestando, sed affirmando) quam
iurare per partes corporis ipsius Christi, quem
resert & sequitur in supradictis Azeued. in d.
l. 6. num. 60. sic intelligens prædicta verba di-
ctæ l. 6. & tenens expresse quod ea attenda in
prædictis verbis prædiximus, dicens esse ibi
textum expresse contra Couar. ubi sup. n. 6.
qui circa hæc dubios loquitur, scilicet tam-
dem ad dictam l. 6. se referat, quæ quidem est
hæc (inquit Azeu.) Clarissimè probatur, nam
cum antea in verbis præcedentibus lex illa lo-
quuta sit de malis & fædis iuramentis, nunc ma-
teriam hanc iuramentorum prosequendo in-
quit, quod neque per aliud membrum Domini
nostri iuretur, quia repetitiua est dictio illa
otro, & cum distingui debeat à supradictis iura-
mentis fædis & malis, necessario fatendum est
in his verbis, ni iure por otro ninguno, de aliis iu-
ramentis loqui, que scilicet apparenter fæda non
sunt, sunt tamen iurari prohibita, & ita censio
tenendum, quod etiam voluit Cantera ubi supra
dicto n. 5. verbe. ex quo videtur, dicens quod iurans
per membra Christi, siue honesta, siue inhonesta
dicit blasphemiam, & præsumitur malo animo
dixisse, nisi qui dixit contrarium probet, & posset
probare per coniecturas. Quod vltimum de pro-
batione contraria per coniecturas æquum videret,
non tamen verum omnino, attenda generalitate
& indistinctioe d. l. 6. in verbis prædictis.

SVM MARIVM.

- 1 *Pæna corporalis qua sit imposita blasphemis per leges huius Regni? Quibus additur per l. 7. iis. 4. l. 8. noua coll. reg. pænæ tritremium per decennium. & numeris sequi.*
- 3 *Blasphemo pro prima vice an ultra pænam carceris & vinculorum sit imponenda pæna tritremium? & maneris sequi.*
- 5 *Carceris pæna, & vinculorum imposita pro prima blasphemia corporalis dici non potest.*
- 6 *Exilium non est pæna corporalis.*
- 7 *Tritremium pæna addita per nouas leges nostri Regni habet locum pro tertia blasphemia, pro qua imponitur pæna de enclauar la lengua, nempe vt tunc etiam condemnatur reus en seys años de galeras.*

De casibus, in quibus blasphemus condem-
natur in pæna corporali, vt ei adda-
tur pæna tritremium.

In l. 7. eiusdem tit. 4. lib. 8.

QVÆSTIO LXX.

QUÆRO circa l. 7. huius tit. 4. lib. 8. di-
centem, que de mas de las pænas corpo-
rales que por las leyes y premiticas destes
Reynos estan puestas a los que blasphemian de
Dios nuestro Señor, seân condenados en diez años
de galeras, &c. qui sint casus, in quibus per
leges huius Regni sunt impositæ pænae cor-
porales blasphemis contra Deum, vt in eis-
dem addatur pæna tritremium per decen-
nium?
Et non est dubium pænam corporalem im-
poni à l. 2. huius tit. nempe al que blasphemare de
Dios, o de la Virgen Maria en la Corte, o cinco le-
guas al derredor, que manda le corten la lengua y den
cien açotes publicamente por justicia. T si blasphemare
fuera de la Corte en qualquier lugar, le corten
la lengua, &c.
Similiter in casu l. 5. eiusdem tituli, vbi contra
blasphemus imponitur pro prima vice carcel
con prisiones por un mes, y por la segunda destierro
de seys meses y mil maravedis, y por la tercera vez
que le enclauen la lengua, salvo &c. y al esclauo cin-
cuenta açotes, si quisiere su señor mas que le den esta
pæna, que no que este preso por los dichos treynta
dias.
Videtur quod pro prima blasphemia ultra
pænam carceris 30. dierum pro prima vice
mittendus sit blasphemus ad tritremes per spa-
tium decem annorum, & pro tertia vice per
spatium sex annorum iuxta 2. p. d. l. 7. quia in-
carceratio per 30. dies videtur pæna corpora-
lis, & de inflexione linguæ pro tertia vice non
est dubium quod fit pæna corporalis afflic-
ticia, & ita in vtroque prædicatur, si credi-
mus addicatori Didac. Perez in l. 1. tit. 8. lib.
7. ordin. pag. 207. col. 1. pro cuius opinione fa-
cit l. 6. huius tituli ibi: So pena que qualquie-
ra persona, que dixere las dichas palabras y iura-
mentos, incurra en las penas que incurren, si dixere
se qualquiera de las palabras contenidas en la ley
precedente, que es la misma ley quinta. Y a quel-
la misma pena sea dada y executada en su persona
y bienes. Expendo verbum en su persona: ego
pæna carceris 30. dierum pro blasphemia pri-
ma vice imposita à prædicta l. 5. penalis
& sic corporalis est. Habet igitur tunc locum
addictio tritremium per decennium facta à no-
stra l. 7.
Nihilominus falsam esse censio hanc huius
nouissimi authoris opinionem, necnon & af-
sertam praxim ab eo, quatenus attinet ad pæ-
nam carceris cum vinculis pro prima vice
blasphemis imposita; immò tunc nulla pæ-
na tritremium addenda est vllo temporis spa-
tio.
Pæna si quidem carceris & vinculorum in
30. aut plures dies corporalis minimè dici
valet, nec corpus lædit, de qua in nostra
l. 7. Hic namque blasphemus est in carcere
& vinculis detinendus sit in pænam primæ
blasphemie

blasphemie, non tamen ex hoc corpus læditur
aut verberatur. Et quia multo modo & im-
proprie per relationem ad locum & vincula, qui-
bus corpus detinetur, huiusmodi dici valet,
proprie tamen & vere dici non potest hæc pæna
corporalis, secundum communem modum lo-
quendi ac vsum & intelligentiam huius voca-
buli pæna corporal, sed illa mortis, mutilationis
membrum, verborum & similitum. At in materia
penali, præcipue adeo graui, como es añadir
diez años de galeras sobre la pena corporal, no se
ha de entender de pena corporal impropria, si no de
la muy propria y verdadera, hoc est, quando por leyes
y premiticas destes Reynos se impone esta, y no
quando solamente se pone aquella, que impropria,
larga y no verdaderamente se puede llamar corpo-
ral. Y está la razón en la mano, por la mayor gra-
uedad del delicto, quando por la blasphemia se pone
pena corporal, que no quando se da solamente pena
de treynta dias de carcel en prisiones por la prime-
ra vez, pues aun por la segunda no se pone pena de
carcel, sino de destierro por seys meses del lugar don
de viuiere, y de mil maravedis aplicada en la ma-
nera contenida en la dicha ley quinta. Luego cosa
sin buen orden y razón sería, y contra la mente e in-
tencion de los legisladores por la segunda vez, que
es mayor delicto, se pone por ella mayor pena, dar
la menor que por la primera vez, si por eha se ouiese
de añadir diez años de galeras, y por la segunda
vez no, como lo quiere y presupone el dicho addi-
cionador de Diego Perez. Item, porque la prison
se haze en los delictos y denuestos, porque se incurre
solamente en pena pecuniaria, y no corporal, aunque
es de derecho que el tal preso sea suelto con fianças,
vt alias resoluimus. Luego si la prison fuesse pena
corporal sería absurdo prender al que no a incurrido
en penas que pecuniaria. Esto es así, porque la
practica y el derecho ensena lo contrario, scilicet,
que se puedan prender y prendan los que an incurrido
solamente en pena pecuniaria, y no corporal,
aunque los ayen de soltar luego en fiado: ergo,
&c.
Præterea ita etiam videmus que el destierro no
es pena corporal, como se premia por la premitica
de los amancebados hodie l. 2. tit. 19. hoc lib. 8. ibi:
Pues segun la ley susodicha no hade llevar pena cor-
poral, sino de marca y destierro, vbi latius dicemus,
& tamen in exilium condemnatus prohibetur &
arceatur ab ingressu loci, à quo in exilium mitti-
tur & eicitur. Denique confunditur prædicta
iunioris opinio contra, quia si vera foret, aliud
non minus absurdum sequeretur ex ea, nempe vt
pro tertia vice, pro qua à dicta l. 5. grauis pæna
corporalis proprie imponitur, nempe que le en-
clauen la lengua, breuius tempus tritremium ad-
deretur quam pro prima vice, nempe, pro hac de-
cem annorum, & pro illa inflexionis linguæ, & sic
pro tertia vice sex annorum tantum, cum omni
iuri & rationi congruum sit vt crescente conti-
nencia & consuetudine delinquendi, maior & se-
uerior pæna sit imponenda, vt in authent. vt non
lux. contra nat. &c. & in reliquis supra in mate-
ria eius adductis circa consuetudinem blasphem-
mandi.
Poterit igitur in casu dictæ l. 5. huius tituli 4.
lib. 8. verificari additio pænae tritremium facta
per nostram leg. 2. eiusdem tituli pro tertia vi-
ce, vt sonant verba nostre leg. ibi: Y que assi
mismo en el caso, que conforme a las leyes y premiticas
destos Reynos en el especie y generos de iurame-
tos en ellas contenidas por la tercera vez, se pone pe-

na de enclauar la lengua, de mas de la dicha pena
en el dicho caso sean condenados en seys años de
galeras.

SVM MARIVM.

- 1 *Blasphemus an gaudeat immunitate Ecclesiæ?*
- 2 *Hæreticus an gaudeat immunitate Ecclesiæ?*

An blasphemus gaudeat immunitate
Ecclesiæ?

QVÆSTIO LXXI.

QUÆRO an blasphemus gaudeat immu-
nitate Ecclesiæ? Et non gaudere proba-
tur ex ratione posita in c. fin. de immuni-
tate Ecclesiæ, quia scilicet frustra legis implorat au-
xilium, qui in ipsam legem deliquit, c. quia fra-
stra de usur. l. auxilium in fi. ff. de minor. qui enim
delictum in Ecclesiâ, vel contra Dei ipsam
commiserit, gaudere non debet Ecclesiastica im-
munitate, vt in d. cap. fin. ergo à fortiori gaudere
non debet eadem immunitate is, qui deliquit in
Deum, locus enim non sanctificat hominem, sed
homo locum, vt 40. distinctione per totam: ergo
sicut illum perdit is, qui Ecclesiæ locum offen-
dens in Ecclesiâ deliquit, multo magis debet
perdere si in Deum delinquendo per blasphemiam
ipsum immediate offendit authent. multo
magis, c. de. propter quod enim vnumquodque
tale & illud magis, vt ibidem probatur. Quis
enim dubitat, vt iniuria facta Deo sit facta etiam
Ecclesiæ & contra? Quibus rationibus hanc
opinionem rectè probat Boer. decis. 110. n. 1. cum
sequentiibus crim. 1. p. q. 28. num. 67. qui omnes au-
thores eam probant indistinctè, siue blasphemia
spatit hæreticam, siue non, prout est de mente om-
nium supradictorum: quia in blasphemia etiam
non hæreticali militat & iure concurrunt om-
nes prædictæ rationes, quantum in blasphemia
hæreticali fortior ratio non gaudendi immuni-
tate Ecclesiæ addi potest. Hæreticus enim pro-
culdubio non gaudet eadem immunitate, vt proba-
uimus ubi supra cum aliis, & cum magis com-
muni & veriori sententia, loquens in hæreticis
& apostatarum aliisque infidelibus resoluunt plures
allegans Farinac ubi supra num. 68. & tenent plures
allegans Farinac ubi supra affirmat Bouadilla in sua
politica de correg. lib. 2. cap. 14. num. 53. Sed nihil-
ominus idem probandum est secundum omnes
in quocumque blasphemio indistinctè ex rationi-
bus vrgentissimis supra adductis in principio
huius questionis, tamen si Nauarrus in manuali
larino cap. 25. num. 20. dicat hoc iure iudicio non
probat

probari per rationes Nicol. Boer. ubi supra, malè directas, & censet quod si blasphemia hæresim non sapiat, blasphemus non sit extrahendus ab Ecclesia, sed tunc demum cum blasphemia cum hæresi committitur, & tunc non qua parte est blasphemus, sed qua parte est hæreticus & infidelis: & Nauar. refert & sequitur Azeued. in l. i. huius tit. num. 27. dicens quod sic videtur declaranda dicta per nos ubi supra, dum indistinctè tenuimus blasphemum non esse in Ecclesia defendendum, sed potius ab Ecclesia extrahendum.

Sed parcat mihi Nauar. quia rationes Boerij bene probant priorem sententiam indistinctè, quam nos citans & alios allegans sequitur Bonadilla ubi supra, dicens omnes concludere nemine discrepante, quod hæreticus & blasphemus non defenduntur ab Ecclesia.

S V M M A R I V M.

- 1 Blasphemans Deum, vel Virginem Mariam similibus, vel grauioribus verbis expressis in legibus regijs, qua pena puniatur? & per totam questionem.
2 Similia verba dicuntur, que sunt idem in qualitate, vel cum par subest ratio, vt in num. 3.
7 Fœmina blasphemans eadem pena punitur, qua masculus.
8 Exteri ab his Regijs blasphemantes in eis eadem pena puniuntur: & non solum quando verbo id faciunt, sed etiam per scripturam, & etiam si de crimine constet iudici incidenter.

De blasphemantibus similibus, vel grauioribus verbis, quam expressis in legibus regijs.

Q V A E S T I O LXXII.

In l. 5. tit. 4. lib. 8.

- 1 VERO qua pena puniatur, qui aliis verbis similibus vel grauioribus blasphemauerit Deum vel Virginem Mariam, quam expressis in nostris legibus regijs? De proferentibus similia non est dubium, quòd eisdem penis puniendus sit vt in l. 5. huius tituli ibi, o otras sales, o semejantes palabras que las susodichas, &c. Et sic requirit eandem quidditatem, qualitatem, & essentiam. Similia namque dicuntur, que sunt idem in qualitate, vt notat Bald. in addit. ad Specul. tit. de dispensatione: vnde arbitrio iudicis relinquatur quod dicatur simile, vt notat Innoc. in c. causam, que de iudic. Cyn. in l. non possunt, ff. de leg. plures refert Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 1. casu 84. num. 7. vbi refert Syluest. nupt. lib. 5. num. 89. hortantem iudices vt si hæsitant ipsi consilium assumant peritioris. ¶ Ipse autem Menoch. ibid. num. 8. dubio procul, admittit, casus dici similes cum par subest ratio ex sententia Bald. in l. illud, col. 2. C. de Sacrosanctis Ecclesijs, &

aliorum plurium, quos ibi refert, vbi quod tanto magis hoc procederet, quanto maior subest ratio. multo magis, C. de Sacrosanctis Ecclesijs, & loquens in terminis nostræ quæst. quod arbitrio iudicis relinquatur, quod dicatur simile cum Socin. tradit Auendañ. in 2. p. c. 5. prat. num. 16. Sed meo iudicio intelligendum est iuxta declarationem præcedentem Doctorum & tenet expresse Auendañ. ubi supra, vers. & sic addens in vers. sequenti quod nisi in d. pragmatica esset expressum, quòd eius dispositio extenderetur contra proferentes verba similia, eius dispositio cum sit correctoria, saltem in imponenda eadem pena, non extenderetur, sequitur nouissime præd. Azeu. in d. l. 5. huius tit. 4. n. 7. cum seqq.

Proferentes autem alias blasphemias grauiores & scandalosas puniendi sunt maiori pena, nam quod non mutatur, quare stare prohibetur l. sancimus, Cod. de testament. cum similit. sed iure communi, nempe authent. vt non lux, contra natur. & per l. 1. cum sequentibus, tit. 2. part. 7. maiores blasphemias maioribus penis puniuntur: ergo in incorrectæ hac in specie manent.

Vnde cessat, quòd sine vlla distinctione inaduerterent dixit Cellus in suo reperiario in parte blasphemia, nempe quòd pragmatica contenta in hac l. regia 5. corrigebat iura Partitarum: nam in maioribus blasphemias, quam in ea expressis, minime ea corrigit, sed tantum in expressis & similibus, vt rectius voluit Auendañ dicto num. 16. circa fin. ibi & ex supradictis: id quòd pater expresse ex l. 1. huius tituli dum decidit, que qualquiera que renegare, o denostar a nuestro Señor Dios, o la Virgen gloriosa su madre, o a otro Santo o Santa, incurra en las penas de las leyes de las Partidas, que hablan en esta razon, quam legem ad hoc citat Aniles c. 21. prat. gl. 1. numer. 1. & 1. addens quòd prædictæ leges 1. & 2. ordinamenti tit. 8. lib. 8. quæ loquuntur de blasphemantibus in curia (quæ hodie sunt iidem l. 1. & 2. huius tituli) & similiter penæ Partitarum d. tit. 28. p. 7. habent locum solummodo, quando vno derrenego, vt colligitur ex præfatione dictæ pragmaticæ, & melius ex l. 1. in principio huius tit. 4. quamuis postea addat, o denostare. Relinquitur igitur ex supradictis maiores blasphemias expressis in dicta pragmatica & sic in d. l. 5. huius tituli proferentes maiori pena esse puniendos iuxta dispositionem aliarum legum, quæ remanent incorrectæ, vt in terminis ita probat Auendañ. d. c. 5. n. 15. & 16. & cum Salzed. tenet etiam Azeued. in l. 1. huius tituli, num. 12.

Hæc quamuis ita se rectè haberent, nihilominus inquit D. Couar. de pact. in 6. 1. p. 5. n. 11. (& supra reuoluitur) loquens in terminis l. 2. supra hoc titulo, praxis nouis constitutionibus aliam recepit huius criminis punitionem, nempe per l. 5. huius tituli: sed adhuc cum ratione loci magis grauetur delictum, merito vt acerbissima flagellorum pena & abscissionis lingue puniatur blasphemans in Curia Regijs, vt in l. 2. huius tit. 4. lib. 8. quæ ad litteram est seruanda secundum D. Didacus Perez, vt ibidem diximus supra.

Denique dispositio præfate pragmaticæ, & sic nostræ l. 6. præctanda erit non solum in masculis, sed etiam in fœminis, vt probant eius verba ibi, ansí hombres como mugeres, etiam si delinquentes sint exteri à Regno, & non solum si verbo blasphemie proferantur, sed etiam si per scripturam; imò tunc maior arguitur deliberatio, ita tenet Auendañ. d. cap. 5. num. 17. vbi quoque ait quòd

quòd præctanda erit etiam si de crimine constet iudici incidenter, nam pena ordinaria imponitur nouo inchoato processu secundum Abbatem, quem refert, & sequitur Azeued. in l. 1. n. 34. cum duobus sequentibus, & in l. 6. in principio n. 28. hoc tit. 4. lib. 8.

S V M M A R I V M.

- 1 Maledicentium personæ Regijs pena iam communis, quam regijs, per totam questionem.
8 Maledicentium Papa pena.
Religiosi in suis sermonibus Ecclesiarum Prælatos detrachentes, aut maledicentes, qua pena puniantur.

De poena maledicentium Regijs personæ.

Q V A E S T I O LXXIII.

In l. 3. tit. 4. lib. 8.

- 1 VERO circa legem 3. hoc tit. 4. lib. 8. de blasphemantibus & verba iniuriosa proferentibus contra personas Regias statumque Regium loquentem, de intellectu huius legis & de pena maledicentium Principi? In quo Didac. Perez in leg. 3. tit. 8. lib. 8. ordinamenti, pag. 211. & 212. sic distinguit, quòd maledicens Principi ex leuitate, aut insania, aut propter iram quam ipse habebat ex iniuria sibi illata sua estimatione, à Principe est ei parcendum, Si autem id fecerit animo iniuriandi Principem, tunc sicut malignus & maleuolus est remittendus iuxta expositionem glossæ in l. unica, C. si quis Imperat. maledix. verbo, si ab iniuria, dum exponit id est iniuriose & ex animo, & in verbo remittendum dicit glossa ad nos. Principes tamen arbitratu a puniendus sit vel non, vt probatur in d. l. unica, vers. sic. unde, & l. 6. tit. 2. p. 7. & facit l. nostra 3. ibi con malicia, & probat latè Plaga in sua epitom. delict. lib. 1. cap. 4. num. 1. cum sequentibus, & Azeu. in d. l. 3. n. 5. cum seqq. hoc tit. 4. lib. 8. Melius tamen omnibus quatuor casus in hoc distinguit Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 377. per totum, illos benè declarans.
2 Primus est, cum quis temulentia & ebrietate impulsus Principi maledixit, & tunc licet videatur aliqua pena hunc non esse puniendum vt in d. l. unica. Menoch. tamen ubi supra num. 6. verius censet hunc non esse omnino impunitum relinquendum, sed puniendum esse est leuius quam is, qui mente benè composita maledixerit Principi, vt ibi bene probat numeris sequentibus, & n. 8. respondet d. l. unica, quæ contrarium videbatur probare.

Secundus casus est, cum quis ex leuitate & lingue lubrico Principi maledixit, & tunc in iudicis arbitrio punitur vt in d. l. unica. ita respondet Crauetæ consil. 2. & 6. numer. 4. & 71. probat latius Menoch. ubi supra numer. 10. & 11. dicens ordinariè non esse puniendum, & diximus supra.

Tertius casus est, cum stultitia, demencia, atque furore quis Principi maledixit, & tunc puniendus, vel puniendus non est iuxta distinctione-

nem traditam ab eodem Menoch. casu 325. per totum, dum ibi agit qua pena puniendus est, qui furore vexatus deliquit.

Quartus casus est, cum quis ex proposito & per iniuriam Principi maledixit, & tunc pena ipsius Principis arbitrio plectendus est vt in d. l. unica & supra probauimus, sequitur alios allegans Menoch. dicto casu 377. numer. 13.

Hodie iure nouiori nostro Regio cauetur in l. 11. titulo fin. hoc lib. 8. que quien dixere mal del Rey, o de sus hijos es aleuoso por ello, y la mitad de sus bienes es para la Camara del Rey, y el cuerpo a su merced, & per nostram l. 3. huius tit. 4. lib. 8. disponit, que los que con malicia blasfeman y dicen palabras inuirsas y feas contra el Rey, y contra la Reyna, o contra el estado Real, o contra el Principe, o Infantes hijos del Rey, y contra qualquiera dellos, si fuere hombre de mayor quisa y estado sea luego preso por la justicia donde esto acasciere, y le embien preso al Rey, y a donde estuviere, para que le mande dar la pena que entendiere que merece. Y si fuere hombre de Ciudad, o villa de qualquier ley, estado, o condicion que sea, si hijos ouiere de bendicion, que pierda la mitad de sus bienes para la Camara del Rey, y la otra mitad que sea para sus hijos, y sino los tuuiere que pierda tolos sus bienes, las dos partes para la Camara del Rey, y la otra tercera parte para el acusador. Y esto se entienda, sacadas las deudas y el dote y arras de su muger. Y si el que assi blasphemare fuere Conde, o rico hombre de gran quisa, que la justicia del lugar haga informacion, y embie a hazer relacion dello a su Magestad para que lo mande castigar.

Et per hanc legem censet intelligendam & declarandam esse dispositionem generalem dictæ l. 11. titulo fin. hoc lib. 8. supra relata. Ambæ tamen intelligendæ sunt, si ex iniuriandi animo blasphemia vel maledictio contra Regem & cæteras personas Regias proferatur, & non aliàs per d. l. unica, & pater ex verbis nostræ l. 3. num. 5. post Pet. Plaz. d. c. 4. n. 3.

Eodem modo intelligenda est decisio cap. 1. de maledic. dum asseuerat quòd maledicens Romano Pontifici est puniendus ab inferiori, vt locum habeat & procedat, cum animo iniuriandi verba protulerit maledica, non verò aliàs, vt cum Hostiensis probant Plaza num. 2. ad fin. & Didac. Perez ubi supra. Quinimo & Ecclesiastes 10. dicitur: In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui non maledixeris diuiti, quia & aues cæli portabant vocem tuam, & qui habent pennas annuntiabunt sententiam.

Si verò Religiosi in sermonibus suis Ecclesiarum Prælatos detraxerint, verbaque maledicta in eos prorumpant, per duos menses debent penis illis subiacerent, quæ secundum illorum regulam statutæ pro criminibus grauibus consuetudine inductum est eis imponi, sicut extat Concilium Viennense in Clement. l. §. quibus, de contrariis & privilegijs.

& à quocumque iudice ordinario coërceri debet, vt probat Didac. Simancas de instur. Catholic. tit. 33. num. 17. vbi num. 19. & 20. inquit quod poena eorum, qui sacras imagines frangunt, confurcunt, irritant, aut quocumque modo eis sacrilegas manus afferunt, in aestimazione & arbitrio iudicis est, ita tamen vt nequid grauius aut remissius constituar quam causa depofcet, aliter tamen punire iudex secularis, aliter Ecclesiasticus, quia ille poena mortis punire potest, hic vero sine sanguinis effusione crimina coërcere debet. ¶ Iudex igitur secularis interdum poena capitis punire illum, videlicet, qui sacram imaginem Christi aut Sanctæ Crucis, aut Beatiffimæ Virginis insigni aliqua contumelia affecerit, interdum etiam sacrilegam manum amputabit, vt Angelo visum est, de quo supra, quod & legis regis septem partitarum contra plebeios constitutum est: sæpe etiam exilio, verberibus, aut poenis pecuniariis iuxta criminis qualitatem vtetur. Iudices autem Ecclesiastici punire istos interdum debent, perpeno iudicio, & arbitrio recto: interdum grauius dura & vltici sententia, quemadmodum Gregor. X. in Concl. Lugdon. constir. hodie, habetur in dicto cap. si canonici, §. fin. sæpe etiam publica poenitentia vel ieiuniis, elemofynis & orationibus, vel multa pecuniaria, vel iudibus fustium, vt in l. respiciendum ff. de poen. cap. 2. §. vltim. de officio ordi. lib. 6. cap. vniuersitatis, & de sententia excommunic. & ibi Felin. Hæc Simanc. vbi supra, d. num. 19. & 20.

Sed nihilominus Inquisitores hæreticæ prauitatis solent de his criminibus cognoscere propter suspicionem hæresis, quam prima fronte præseferunt: non enim est verissimile vt is, qui rectam fidem habeat, perpetrare audeat talia crimina. Neque est in hoc facinore quippiam, quod alliecit aut mouere queat voluntatem in imaginum sacrarum iniuriam, nisi pertinax error intellectus perperam sententis de veneratione illarum, vt rectè probauit Simanc. vbi supra, d. tit. 33. num. 18. & sequitur contra Ghiland. vbi supra, Farin. dicta quæst. 20. sub num. 68. vbi citat Alphonsia Castro tenentem, quod imò hoc factum sapiat manifestam hæresim & reprobam, tenet Ghiland vbi supra. Sed ego non inuenio Castrum in loco citato per Farin. nec alio loco hoc dicentem.

Vnde Inquisitores de hoc crimine cognoscenres eisdem poenis quoddam iudices ordinarij Ecclesiastici vti possunt, sed hoc amplius ad eorum officium pertinet, vt seire laborent, si forte intellectus errore pertinaci facinora ista perpetrata sunt, quod si repererint aut suspicati fuerint non secus, aduersus istos procedent atque aduersus alios quoslibet hæreticos vel suspectos. Poterunt ergo Inquisitores tormentis, abiuratione, purgatione canonica, & aliis arbitrariis poenis vti, pertinaces quoque atque impententes curiæ seculari relinquere, vt docet Simanc. vbi supra, n. 21. & in facti contingentia ita fuit obtentum in supremis tribunalibus, vt Inquisitores hæreticæ prauitatis cognoscerent in prædicta specie contra un Morisco, que apud eò la Imagen de nuestra Señora, que estaua en alto en vna panete, y la quebro, quem iudices seculares poena mortis condemnarunt, sed fuit postea remissa cognitio causæ ad dictos Inquisitores cum reo & processu.



S V M M A R I V M.

- 1 Repulsa testium admittitur in crimine blasphemie & numeris sequenribus.
- 2 Testes perituri non admittuntur etiam in criminibus exceptis.
- 3 Testis inimicus nullo in casu admittitur. Et quæ dicitur in proposito inimicitia capitalis: iudicium.
- 4 Inimicitia suspicio non sufficit ad repulsam testis, sed vera inimicitia requiritur.
- 5 Inimicitia testis repulsa habet etiam locum in criminibus exceptis.
- 6 Minor 16. annorum non potest esse testis in criminalibus ad plenam fidem faciendam.
- 7 Testes singulares fidem non faciunt in crimine blasphemie.
- 8 Testes de auditu interposito pariter in causa criminali non probant.
- 9 Testes alijs inhabiles quando admittuntur in crimine blasphemie?
- 10 Appellatio quando locum habeat, & quando non, à sententia condemnatoria lata in crimine blasphemie? & n. 14.
- 11 A poena legi appellari non potest, sed bene à declaratione incurfus illius.
- 12 Blasphemie repelluntur à testificando in his causis, que testes exigunt omni exceptione maiores.
- 13 Blasphemus licet non sit infamis infamia iuris, post condemnationem tamen efficitur infamis infamia facti, ac proinde non erit testis idoneus.

De repulsa testium in crimine blasphemie an & quando locum habeat.

Q V A E S T I O L X X V I.

VERO præterea an in crimine blasphemie admittatur repulsa testium de eo deponentium, quando à reo delictum negatur? Et in hoc obseruandum est, regulariter in causa blasphemie non habere locum repulsam, aut reprobationem testium, prout tenent in terminis Paris de Puteo in tractat. Syndicat. in parte condemnatio, col. 4. & Robert. Marant. de ordin. iudic. 6. p. c. de testium repuls. n. 18. Auend. 2. p. cap. 5. preter. n. 4. & 29. versic. nam regulariter, & sic quod omnes testes admittuntur indistinctè, præcipuè quando proceditur contra vilem, quem lex appellat Racz, vt per Auendan. dicto num. 4. Auiles c. 25. præs. gloss. 1. num. 8. l. 1. tit. 28. p. 7. ibi, è si c. & inhabiles & infames secundum Decian. in 2. p. tract. crim. cap. 3. n. 22. & c. 4. n. 7. Azeued. in l. 1. n. 29. hoc tit. 4. lib. 4.

Hoc tamen non feruatur in dominio Mediolan. secundum Iul. Clar. in §. blasphemie versic. reperi etiam, nec in supremis Curijs Franciæ teste Boet. decisione 301. in fin. & idè semper admittitur reus blasphemie ad probandum contra testes quecquid veller, vt in alijs criminibus, vt refert Malcard. 1. tom. de probat. conclusione 194. numer. 15. & 17. & Decian. dicto cap. 4. num. 9.

Limitat tamen Auend. vbi supra præcedentem conclu

conclusionem in testibus perituri, qui quidem non admittuntur etiam in criminibus exceptis, vt tenent præter, quos ibi refert num. 5. & est communis sententia vt plurimos congerens affirmat Farinat. in 2. p. quæstionum criminal. q. 43. num. 180. cum sequenribus. Quod adè verum est, vt non requiritur de perituri sententia, sed sola confessio eius sufficit, vt probat Auend. d. n. 5. Quinimo etiam testibus probati potest in proposito perituri, si ab iplo negetur, etiam ante condemnationem saltem iure regio per l. 8. tit. 16. in 3. ibi. Otro sento puede ser testigo ome, contra quien fuisse prouado que dixera falso, licet iure communi atenito aliud esset, vt ibi quoque probat & tenet.

Secundò limitat superiorem conclusionem Gramatic. conf. 15. criminal. & cum eo Tiber. Decian. d. l. 1. c. 4. n. 8. & Auendan. vbi supra, n. 8. in casu admittitur in testem, quia inimici odio ipsorum repelluntur, vt ibi iure communi probat Auendan. cum communi opinione, quam etiam dicit communem Iul. Clar. in practic. crim. §. fin. q. 24. versic. item quare, loquens in inimicitia capitali, nam leuis non sufficit secundum comunem, probat etiam Ant. Gom. 3. tom. variat. c. 12. de probat. delict. n. 14. & iure regio probatur in l. 13. & 22. tit. 16. p. 1. & 1. 6. tit. 3. p. 7. Ex quibus legibus colligitur, quæ sit inimicitia capitalis repellens testem, nam alia minor vltra expressas in illis legibus non sufficeret, vt in eis probatur. ¶ Nec sufficeret suspicio inimicitie ad repulsam testis, cum vera inimicitia debeat interuenire, ita vt iure in terminis probat Auendan. vbi supra, d. num. 6. & Latus in suo ditionario verbo enemigo. ¶ Hæc namque repulsa testium inimicitia habet etiam locum in criminibus exceptis, nempe læsæ Maiestatis & huiusmodi, vt per ius de Simon, quem Doctores reputant esse in hoc proposito singularem secundum Marsil. conf. 65. n. 20. & cum eo Clar. vbi supra, Ant. Gou. vbi supra: ergo & in crimine blasphemie, vt prædidimus, & præterea tenet Iul. Clar. in §. blasphemie, n. 4. & cum eo Azeu. in l. 1. n. 29. hoc tit. 4. lib. 8.

Tertiò limitatur, quando inhabilitas testium pronouiret ex defectu intellectus, vt quia foret esset minor 16. ann. quia maior ista ætate debet esse testis in criminalibus ad plenam fidem faciendam, vt in l. 9. tit. 8. lib. 2. for. leg. approbata per l. 1. versic. è an si declar. tit. 4. lib. 3. ordin. per quam limitatur lib. 9. tit. 16. p. 3. ita Auendan. vbi supra, n. 7. quamvis ipse non videam dictam l. 1. aliquid probantem in proposito.

Quartò fallit, quando testes sunt singulares, hic enim defectus bene potest allegari in crimine blasphemie: unde si vnus testis deponeret, quod audiuit Petrum dicentem, no creo en Dios, & alius deponeret dicentem por vida de Dios, ò no creo en Dios, vna de las palabras no se acuerda qual, vel alijs essent singulares, non probarent sufficienter crimen blasphemie, nisi iterum statim interrogati concordarent secundum Auendan. d. c. 5. n. 8. ¶ Vbi etiam quod testes de auditu si est interpolitus testes non probant, quia causa est criminalis, vt ibi per eum: & quod testes singulares non admittantur in crimine, Alex. conf. 72. num. 7. in principio lat. in §. item si quis el. 1. n. 63. de action. Bernard. Diaz in practic. crim. c. 110. in nouis. colum. penultima, prout idem refert Decian. d. ca. 4. num. sequitur Azeued. in l. 5. num. 19. hoc tit. 4. lib. 8.

Quintò obseruandum erit in hac materia, quod Præter Criminalis.

ita demum admittuntur testes alijs inhabiles in hoc crimine blasphemie, si tres aut plures testes concurrant ex quibus fiat integra probatio, quia si duo tantum testes inhabiles sint, imponitur tamen poena extraordinaria, vt cum alijs probat Auendan. vbi supra, n. 5. versic. quod supra dico, & Azeued. in l. 1. n. 29. hoc tit. 4. lib. 8. Sed profecto hæc obseruatio videtur contra sententiam, de qua supra pro responsione huius quæstionis principalis in principio, quæ habet quod regulariter in causa blasphemie non habet locum repulsa, seu reprobatio testium, quia attenda & iuncta l. regia præcipiente ne iudices dispensent in poena ordinaria huius criminis, non videtur tenenda præcedens obseruancia, nisi attenda bona qualitate rei & defectu & vilitate testium arbitrio boni viri & recti iudicis aliud videatur, tunc namque iuste obseruanda videtur supradicta declaratio & moderatio Auend. & sequacium. Quandoquidem prima sententia & opinio negatiua non est inconcula, nec sine controuersia, cum plures alijs teneant contrarium, vt vidimus, & non habeamus legem expresseam in specie blasphemie prohibentem repulsam testium in crimine blasphemie, sed generaliter id cautum sit in criminibus exceptis, de quibus hoc videtur cum sit crimen læsæ Maiestatis diuinæ. Nihilominus tamen arbitrio recti iudicis hoc relinquendum videtur.

Appellatio autem à septentima condemnatione 12 in poena ordinaria blasphemie locum non habet, quando blasphemus est conuictus & confessus argumento l. 2. C. quorum appell. non recipi. Idem dicendum est proculdubio si fuerit tantum confessus secundum Marant. de ordin. iudic. 6. part. tit. de appellat. n. 349. & Cartet. in d. l. 2. in principio num. 45. quos refert & sequitur Auend. d. l. 1. c. 5. num. 28. versic. in ista difficultate. Si verò tantum fuerit reus conuictus testibus de blasphemie, quia crimen ipsum negauit, & in prima instantia testes fuerunt repulsi legitime iuxta supradicta, tunc quidem quia iniuste fuit condennatus appellatio deferendum est: quemadmodum etiam habet locum appellatio, quando grauiori poena condemnaretur, quam pro suo crimine iuxta leges mereretur, vel si pro blasphemie condemnaretur poena ordinaria, quæ verè talis non esset, tunc enim licite ab excessu & declaratione iniustia appellati iuste potest, & deferendum erit appellatio. ¶ Quia licet alijs à poena legis appellati non possit iuxta legem, si qua poen. 244. ff. de verborum significatione, tamen à pronunciatione, qua declaratur incidisse in poenam bene potest appellari, quando constat non incidisse, vel est dubium iuxta glossam in cap. cupientes verb. primatus de electione lib. 6. quæ glossa est singularis & Legistis incognita secundum Cur. Iun. qui plures optimas remissiones allegat. in l. vlt. in principio, num. 41. ff. si quis indic. non obtemp.

Quòd si in prima instantia non fuerunt probata legitime repulsa testium apposita, non habebit locum appellatio, nisi falsitas opponatur contra huiusmodi testes: imò cum graue sit falsitatem testium probare, ferè in nullo casu, vel saltem raro possunt blasphemantes admitti ad appellandum. Si tamen iudex appellacionem admiserit grauius punietur, & causa deuoluitur ad superiorem, vt et alijs omnia prædicta in hoc versiculo quòd si soluit Auendan. dicto cap. 5. numer. 29.

Blasphemus similiter, licet iure Ciuili infamis non sit nisi post sententiam auctore Bald. conclus. 152.